



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Evsebivs || De Euangelica pr[a]eparatione**

**Eusebius <Caesariensis>**

**[Augsburg], 1522**

**VD16 E 4299**

Quod oracula defecerunt. Cap. viij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-34477**

Tum myrrham, thus, styracem, ipsorumq; cruentem  
 Conterito pariter murum, sacra desuper inde  
 Verba cane, tot uero adhibe muresq; repone,  
 Quot mihi tu esse uides formas, tum summito laurum  
 Exq; eius truncu uaginam aptato, piasq;  
 Tunc effunde preces simulachro & debita solue  
 Vota, haec si facies per somnum meq; uidebis.

His alijsq; huiusmodi magnus apud getes philosophus, theologus/  
 q; mirabilis, secreta deorum mysteria, sublimia atq; arcana ostendit,  
 quibus dæmonum virtus & malignitas profecto manifestat. Quid  
 em pro sunt maleficæ istæ artes, aut quam utilitatē inanimata nobis  
 simulachra afferunt? Quid autem oportet magicas artes insequi, si  
 virtus & philosophia ad felicitatē sufficiat? sed uideamus qualia sint  
 quæ subiecit, characteres & inq; figuras non parum a deis diligi Pro  
 serpina his uerbis significauit.

Quisnam hominum formas aeris neglexerit unquam,  
 Aut auriflava, aut argenti candida dona?

Quis non miratur? quis non haec ipsa deorum?

Nō autem solum figuras a diis per amari, sed ipsos etiam circumscri-  
 bi docuit. Contineri enim eos ait in consecrata imagine, quasi in sa-  
 cra quadam terra. Sacræ enim est terra quæ dei habet imaginē, qua  
 sublata, illud statim soluit, quo deus continetur. His omnibus opti-  
 me astruis terrestres atq; passibiles dæmones a gentibus coli, quos  
 non iniuria nos penitus contempsimus. Vides enim a theologis eo-  
 rum, & ab illis ipsis cōcedi figuris, & characteribus eos detineri, cum  
 oporteret non alibi, q; in animo, nec in omni animo, sed ab omni ma-  
 cula remotissimo, & omni uirtute prædicto eos habitare. Merito em  
 certe ad talem animum diuinus aduenit spiritus, nec nobis uirtute  
 ac pietate præparatis, ad suspiciendum deum magicis artibus opus  
 erit. Sed de his satis.

Quod oracula defecerunt CAP. VIII.

**N**unc autem audias, quæ responsa deorum de deficienti-  
 bus oraculis in eodem libro Porphyrius recitat.  
 Ablata est Pythij uox haud reuocabilis ulli  
 Temporibus longis, etenim iam cessit Apollo.

Clauibus

## 110 DE PRAEPARATIONE EVANGELICA

Clavibus occlusus silet, ergo rite peractis.

Discedas patria, & redeas ad limina sacris.

Opportune istis adjiciam illa, q̄ Plutarchus de deficientibus cōscripsit oraculis. Cum igit̄ ait Amonius tacuisset, tunc ego ad Cleum/brotū dixi. Narrabo nobis o amice si placet de oraculis, de quibus apud uos p̄clara dicebant. Nunc autem omnia extincta esse uident̄. Hæc ego. Tacentे autē Cleumbroto, & quasi rubore cōfuso, ac in terrā respiciente. Quid oportet inquit Demetrius de illis quærere, cum omnia sere hic præter unum uel ad summum alterum defecisse per spiciamus. Quare cōmuniter inter nos cōsideremus, quanā de cauſa oracula deorum sic debilitata, imo uero extincta sunt. Non enim ignoramus Boetiā multiuocam propter multitudinē oraculorū appellatam fuisse, q̄ omnia quasi aquarū fluenta desiccata sunt. Nullibi enim nunc q̄ in Lebadia Boetiae oraculū in illis partibus inuenitur. Cætera yō uniuersa uel silent̄, uel penitus desolata ruerunt.

Quod gentiliū dæmones mortales sunt CAPVT. IX.

D hæc alia quoq̄ subiicit Plutarchus, quibus gentilium dæmonas mortales esse ostendit. Non enim inquit male mihi dici uidet non deos, sed ministros deorū dæmonas oracula præesse. His autē dæmonibus errores & calamitates attribuere, ac deniq̄ mortales esse opinari barbarice dictum arbitror. Interrogauit igit̄ Cleumbrotus Philippum, quis & unde adolescens esset. Cumq; audisset, neq; nos ignoramus, inquit o Eracleo in absurdā yōba nos incidisse. Sed nō possumus, cum de magnis rebus dicat audacter magis q̄ uere subiectis principijs recte ad ulteri, ora procedere, nec credo te fugere datum esse ab te quod negaueras. Concedis enim dæmones esse ministros deorum. Quid autem inter hos & deos intererit, si utriscq; incorruptibilitas & impassibilitas essentialiter inest? Ad hęc cum Eracleo silentio cogitaret, malos quidem dæmonas esse ait Philippus, nō solum Empedocles, uerum etiam Plato & Zenocrates & Chrysippus scripserūt. Democritus autem cum dep̄fecetur bona sibi apparere demonia, ostendit non ignorasse proterua quedam etiam esse profecto. De morte yō dæmonum audiū ego ab Aemiliano rhetore uiro prudente simul atque modesto, quem credo multos uestrum cognouisse, quod cum

in'italiam

